

SECTION VI.  
SPECIMEN EMENDATIONVM  
ET OBSERVATIONVM AD LOCA DIF-  
FICILIORA QVINTI SMYRNAEI. \*)

*Lib. I. v. 673.*

**L**uctus et ira Martis ob Penthesileam interemtam,  
*Ἄρει δ' ἔμπεσε πένθος ἀμφὶ θυγατρὸς.*

Deest hic aliquid vt constet versus. Rhodomanni  
*ἀμείλιχον* si *ἀάσπετον* tautologum est, cum mox  
sequatur *θυμὸν ἀκηχεμένω*

Legendum *πένθος ἀμύμονος ἀμφὶ θυγατρὸς.*

*v. 720.*

Therfitis cum Achilla rixa,

*Θερσίτης δὲ μιν ἄντα κακῶ ΝΕΙΚΕΣΕ μύθῳ.*  
Rhod. inserit *μάλα*, vt fulciatur versus. Sed lan-  
guet hoc, legendum: *κακῶ νεϊκέσκετο μύθῳ.*

*Libro II. v. 620.*

Aurora, super Memnone filio lugens, inquit:  
*αὐτὰρ ἐμοὶ σονόεσσα μετ' ἔρανὸν ἔυαδεν ὄρονη.*  
Obscurum hoc *post coelum*. Rhod. vertit *coelo posthabito*,  
quod valde durum. Totus locus non ita capiendus  
vt

\*) Quas hic proposui emendationes minime sunt omnes,  
sed tantum selectiores quaedam. Nolui ubique adferre  
omnes omnium coniecturas, sed vbi irritae illae vi-  
derentur, meam statim proposui sententiam, ne legen-  
dis refutationibus taedium creetur lectoribus.